



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1859**

XLIV. Markgraf Ludwig verleiht denen von Günthersberg die ihm durch den Tod Otto's von Liebenow heimgefallenen Besitzungen, am 28. September 1350.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55359)

choros eiusdem frumenti, videlicet siliginis, brafei, ibidem sitos in molendinis, quos consules dicte ciuitatis nostre a nobis huc usque possederunt, in antea perpetuis temporibus pacifice et quiete iusto perpetuitatis titulo possidendos. Poterint quoque memorati, Hasso et sui heredes, predictorum XX chororum (proprietaem) pariter uel diuisim dare seu vendere locis uel personis spiritualibus ac secularibus, prout ipsis melius ac conuenicius videbitur expedire, quibus locis uel personis litteras nostras dare debemus, si necesse fuerit, et ad hoc erimus inquisiti. Renunciantes etc. In cuius etc. Testes Vlricus comes de Lindow, Lochen, Hasso de Vchtenhagen, Osth, Hen. de Vchtenhagen, Petrus de Bredow, milites, Eggerth Wulff, Hans de Wedel, cum ceteris. Datum Vkermunde, Anno domini M° CCC° L°, Sabbato ante Johannis Baptiste.

Aus Sachwiz'scher Abschrift.

XLIV. Markgraf Ludwig verleiht denen von Günthersberg die ihm durch den Tod Otto's von Liebenow heimgefallenen Besitzungen, am 28. September 1350.

Nouerint etc. quod nos Ludovicus etc. strenuis viris Gunthero et wachardo de gunterfberg ipsorumque etc. in reuisionem fidelium seruiciorum suorum, nobis hactenus exhibitum et in perpetuum fidelius exhibendorum et ad vsum seu vtilitatem ipsorum, strenuis viris Gunthero, militi, Hen. et Jacobo de gunterfberg contulimus et presentibus conferimus deuolucionem quarte partis honorum in villis leuenow, Crafsenick, Kochin et bonorum monete in kunigelberg situatorum ad nos per decessum Ottonis de Leuenow, quondam nostri fidelis dilecti, deuolutorum, cum singulis et vniuersis ipsorum pertinenciis ex debito uel ex iure ad premissa bona pertinentibus, sub modis, formis, iuribus, commodis, vfructibus, graciis et honoribus, quibus prenotatus Otto premissa bona cum suis pertinenciis, vt premittitur, de iure tenuerat, in antea debito pfeudali titulo a nobis quiete et pacifice perpetuis temporibus possidenda. Debebunt tamen premissa bona, non obstantibus habitacionibus seu pertinenciis diuersis premissorum inter se habentibus seu dum per puerilem pretactorum de gunterfbergh vacauerint ad alium de iure immediate succedentem deriuari debito deuolucionis titulo seu deuolui. Et prenotati de gunterfberg in premissis pfeudo pueriles debebunt pro eodem seruicio dextrali nobis et heredibus nostris quociescunque necesse fuerit faciendo, VIII frusta sine precaria annuorum reddituum de premissis bonis liberaliter obtinere et sine inquietacione qualibet obtinere seu possidere. In cuius etc. Testes Lindow, Lochen, Hufener, Hele etc. Datum (Noua) Berlin, Anno M° CCC° L°, feria quarta ante Michabelis.

Aus Sachwiz'scher Abschrift.